

CAPUT II.

Alia verò quam suprà dicta spiritua-
lis Jurisdictionis exterioris & in-
terioris exercitia, quæ nullum ordinarium
Juris processum, neque Judicem pro tribu-
tali sedentem requirunt, Vicario Nostro in
spiritualibus Generali incumbunt, ut sunt
quascunque Collegiatas earumque Capitula;
nec non Parochiales, cæterasque alias Ecce-
lesias & personas, item Monasteria, Conventus,
Ecclesias quorumvis ordinum Regularium, tam
virorum, quam mulierum, etiam Nobilium
Virginum Canonissarum appellatarum Col-
legia, Hospitalia, Confraternitates laicorum
& omnia, quocunque nomine censentur,
loca pia Civitatis & Archidiecefis Nostræ
Colonienfis tam in capite, quam in membris,
assumpto secum Notario Clerico non conju-
gato, vel saltem aliquo Presbytero, quotan-
tis, quin etiam toties, quoties opus fuerit,
cum Archiepiscopali Nostrâ ordinariâ, tum
Apostolicâ Nobis à Concilio Tridentino &
Apostolicis Constitutionibus delegatâ aucto-
ritate visitare, ac de fide, vita, moribus &
regimine Abbatum, Præpositorum, Decano-
rum, Canonicorum, Parochorum, Vicari-
orum, Capellanorum, Sacellanorum, Offi-
ciariorum, quarumcunque personarum Regu-
larium, Custodum, Ludimagistrorum, Edi-
lium, Provisorum, reliquorumque incola-
rum diligenter inquirere, excessus subdito-
rum corrigere, & delinquentes, prout qua-
litas excessus exegerit, punire, contradicto-
res quoslibet & inobedientes sub censuris &

aliis pœnis Ecclesiasticis compellere, abusu quoscunque tollere & abolere juxta Sacrorum Canonum, Conciliiq̃ Tridentini, & Summorum Pontificum Constitutiones, implorato etiam & adhibito, ubi opus fuerit, publico brachii secularis auxilio.

C. Inter cetera c. Conquerente de offic. jud. ord. c. cum Apostolus de censibus c. 1. §. fac & seq. cod. tit. in 6. De modo & scopo visitationis vide Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 3.

Sacramenta
Ecclesiastica
ministrare,
ac matrimo-
niis assistere.

§. 2. Item Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, quibusvis Civitatis & Archidieceffis Nostræ Coloniensis personis, ubi, quando & quoties ipsi Vicario Nostro expedire videbitur, ministrare, eorundemq̃ personarum Matrimoniiis assistere: eadem insuper Sacramenta administrandi potestatem aliis idoneis, & dignis Sacerdotibus delegare.

Denuncia-
tiones matri-
moniales, re-
mittere, at-
que in irre-
gularitati-

bis & suspen-
sionibus dis-
pensare.

§. 3. In proclamationibus matrimonialibus rationabili ex causa, & in irregularitatibus ac suspensionibus ex occulto delicto, non tamen homicidio voluntario, provenientibus, juxta Concilii Trid. decretum dispensare.

Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 1. & eadem sess. de ref. c. 6.

Ac sibus
reervatis
absolvere.

§. 4. A casibus Nobis quomodolibet reservatis Pœnitentes absolvere.

§. 5. Quoscunque Sacerdotes ad Confessorum quarumcunque personarum sacramentaliter audiendas, cum facultate, ut ab iisdem cali-

calibus Nobis reservatis Pœnitentes suos absolvere queant; item ad prædicandum verbum Dei promovendos quoque ad quæcunque & quælibet beneficia Ecclesiastica sive curata, sive non curata Civitatis & Archidiececlis Nostræ Colonienfis, servatâ in omnibus ac per omnia; *Sacerdotes* quo ad ejus calamitosissimo hoc belli & *ad Confessione* rerum statu fieri poterit, formâ Concilii Tridentini & Constitutionis sanct. mem. *Pii* *lesastica be-* *hujus nominis V. Papæ*; examinare, probare, *nescia ad-* *mittendos* & reprobare, *examinare*

Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 13. sess. 14. & approba-
de reform. c. 12. & 13. sess. 24. de refor. o. re.

1. & 18. sess. 27. de reform. c. 9. Pii Papæ

5. Constitutio 33. Bullarii tom. 2.

§. 6. Præsentationes personarum Ecclesiasticarum ad beneficia Ecclesiastica prædicta de præsentatos jure patronatus existentia, per illorum patronos infra legitimum tempus, factas admittere, præsentatosque ad beneficia hujusmodi, si tamen idonei fuerint reperti, secundum sacrorum Canonum & dicti Concilii ordinationem instituere.

C. 1. de instit. in 6. c. cum ex inuncto ubi gloss. fin. de hæret. c. 1. & 2. de Capel. Monach. c. cum & plantar. §. in Ecclesiis vero, de privileg. Rota in recent. par. 2. decis. 243. n. 7. Zoesius Comment. in lib. 1. Decretal. tit. 28. n. 4.

§. 7. Professionem fidei juxta formulam suæ prædicti *Pii quarti*, atque obedientiæ juramentum, à Parochis, & Vice-Parochis recipere.

§. 8. Ad hæc beneficiorum quorumcumque & officiorum Ecclesiasticorum permutationes, quæ Canonicis Sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permittuntur, item simplices qualiumcumque beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum resignationes canonicè factas ex causis, quæ Constitutione dicti *Pii V. Papæ*, de beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum resignationibus per Episcopos & alios facultatem habentes admittendis edita continentur, recipere, admittere, atque beneficia & officia hujusmodi ex resignationibus ad ejusdem Vicarii manus facere & per ipsum admissis vacantia, aliis Clericis dignis & idoneis, juxta Concilii, hujusmodi prædictæque & alterius ejusdem *Pii V.* Constitutionis dispositionem, ordinariâ Nostrâ auctoritate conferre, & de illis provisos in corporalem, realem & actualement possessionem beneficiorum & officiorum prædictorum immittere.

Beneficiorum permutationes & simplices resignationes admittere.

Pii Papæ 5. Constitutio §8. Bullarii tom. 2. c. ult. de offic. Vic. in 6. c. 1. de instit. in 6.

Pensiones super iis imponere.

§. 9. Pensiones super beneficiis & officiis Ecclesiasticis, in casibus jure permisis imponere.

Puellarum Religionem ingredi & prosteri cupientium voluntates explorare.

§. 10. Quarumcumque Virginum Deo dicandarum voluntatem tam ante susceptionem habitus, quam emissionem professionis regularis, juxta decretum Concilii Tridentini diligenter examinare, & explorare, & id genus alia voluntariæ jurisdictionis spiritualis (iis tamen omnibus, quæ ad Generalem Nostrum in Pontificalibus Vicarium, ut supra dixi.

diximus, pertinent, omnino exceptis) etiam si
talia sint, quæ sub generali hac Nostra decla-
ratione & decreto non comprehendantur,
nisi speciatim exprimantur, administrare, ge-
rere ac perficere, nisi tamen præmissorum ali-
qua alicui alteri specialiter ex causis aliquando
animam Nostrum moventibus committenda
esse censuerimus.

Conc. Trid. sess. 22. de Regular. c. 7.

CAPUT III.

§. I. **E**A demum, quæ sunt fori externi & Officialis ve-
contentiosi, formalemque Juris pro-^{ro ordinaria}
cessum ac decretum seu Sententiam judicis ^{poteestate}
lem exigunt, ad contentiosum Officialis Nos-^{competit}
tri tribunal declaramus pertinere, qualia sunt: ^{quascumque}
contentiosas causas sive controversias Ecclē-^{causas con-}
siasticas & profanas, cum civiles, tum crimi-^{troverfas cog-}
nales, tum mixtas, sive ad Procuratoris Fisci, ^{noscere &}
sive ad aliorum quorumcumque instantiam ^{decidere.}
moras audire, cognoscere, ac, prout Justitia
suaserit & ordo dictaverit rationis, definire,
cunctaque ac singula in prædictis causis seu
controversiis & circa illas necessaria, seu
quomodolibet opportuna, etiam si talia fue-
rint, quæ specificam magis & expressiorem
postulant mentionem, facere, dicere & ex-
equi, demptis tamen illis omnibus, quæ Ge-
nerali Nostro tum in Pontificalibus, tum in
Spiritualibus Vicario Colonienſi & eorum
cuiuslibet competere supra expressimus, atque
ipsis seu aliis rationabili ex causa duxerimus
specialiter esse committenda.

C. I. de offic. jud. ord. c. tua de procur. c. cum
nullus, de tempor. ordin. in 6. c. licet, ubi gloss.
verb.